S. D. Clarissime vir, patrone reverenter colende. non indulgebo dolori meo, nec meis querelis tuu tibi aut refricabo aut exasperabo, sed Deum oro ut respiciat clementer Ecclesiam hoc Rectore orbatam, cui vivi hostes nostri adeo no parcunt, ut immaniora contra mortuum moliantur & struant, quam in viventem fuerunt ausi tentare. Instituerunt accusationem nostri capitalem apud Ducem Wirtebergensem. Eius exemplum misit ad nos aula cum responsione Landgravij Hassiae, qui accusationi defensionem opponit καὶ ἀντικατηγορίαν talibus talis causa patronis dignam. Nobis exemplo Doctoris & Rectoris nostri statutum est tacere aliquandiu, & hac dissimulando omnia, sed dare operam, ut assiduitate operarum scholasticarum coetum scholasticum conservemus. Si oto respondere nos aliquid coegerint, ita moderabimur stylum, ut nihil nisi de re [...] idque perpaucis simus dicturi. Triumphant illi de hoc extincto & nobis insultant, quod in quidem talem manifestos hostes nostros paulo prudentiores fore existimo. Aguntur in templis gratiae publicae deo, quod hunc sustulerit, qui solus autoritate sua ipsorum conatibus obstiterit. quos no multo feliciores nunc prudentes intelligo quam antea. Sed firmus hac est, & Deo tamen ac horum odiorum & conatuum vindictam commendabimus. Pij gravius ferunt συγχαρητικ[...]

aliquos saltem

C 107 I

13,1 u 6